XIV. Deſcriptio Fœtus monſtroſi ſine ullo Sexus Signo; *Regali Societati* communicata per *Job Baſter*, Acad. Cæſar. et Reg. Soc. *Lond.* Soc.

Read June 28. 1750.

Quamvis plurimæ ſint monſtrorum delineationes et deſcriptiones raro tamen occurrunt exempla, in quibus nullæ adſint partes genitales: cum tamen hic caſus mihi obvenit, *Regiæ Societati* hujus delineationes offero: (Tab. II. *Fig.* 1 and 2.) quem circiter ſeptimeſtrem ſaniſſima mulier, tertio partu, tempore gravidationis nulla imaginatione, metu, aut terrore percuſſa, in lucem edidit.

Caput hujus infantis non, uti oportet, erat ſphæricæ figuræ, ſed valde acuminatum, brachium dextrum bene formatum; ſiniſtri vero radius et ulna multo breviores eſſe videbantur.

Ne minimum partium genitalium, quibus ſexum diſtingueres, erat veſtigium, nec anus, aut ejus apertura; verum eo loco cutis, abundante pinguedine, quaſi in gyros erat reducta, et circumvoluta.

Ex medio ventre, genitalium loco, provenit pes unus in unicum quaſi digitum, ſine ungue tamen finiens.

Repetitis precibus apertio cadaveris fuit negata, externa delineatio conceſſa, quam *Regiæ Societati* debita reverentia offero, una cum delineationibus fœtus et hydrocephali, quorum hiſtoriam ante aliquot annos (anno 1742) *Regiæ Societati* obtuli, et N°. 466, *p.* 277, in *Tranſactionibus* legi poſſunt.

XV.

The Royal Society is collaborating with JSTOR to digitize, preserve, and extend access to *Philosophical Transactions (1683-1775).* www.jstor.org

POCV

Fig. 1.

p. 479.



Fig. 2.



POCVLI INSCRIPTIO.

Fig. 3. p. 488.

Fig. 1.

p. 479.



Fig. 2.

POCVLI INSCRIPTIO.

Fig. 3. p. 488.